

Ruth

305

Postilla sup̄ lib̄z Ruth Jncipit. Ca. j.

In diebus vnius iudicis. Hic cōsequēter pōit̄ tercia casus. s. ip̄i Ruth. Et diuidit in quatuor partes: quia primo describitur ipsius ruth coniugium gratiosa: secundo eius conuersio virtuosa: tercio conuentio legalis: quarto copulatio matrimonialis. Partes incipiunt in quatuor capitulis huius hist̄orie. Prima adhuc in duas: quia primo describit̄ conuersionis occasio: secundo ipsa conuersio: ibi. Cui dixit noemi. Occasio autem conuersionis ruth ad iudaismum fuit eo q̄ fuit desponsata filio elimelech iudeo peregrinanti in terra moab. Et ideo primo describitur elimelech peregrinatio: secundo ipsius ruth desponsatio: ibi. Qui acceperunt. Circa primum primo describitur tempus peregrinationis huius cui dicitur.

Jncipit liber Ruth. La. j.

In diebus vnius iudicis qui iudices p̄erāt: b facta est fames in tra. c Abijt q̄ hō de bethleē iuda: vt peregrinaret i regiōe moabitide cū vxore sua ac duobus liberis. Ipse vocabat elimelech: et vxor eius noemi: et duo filij: alter maalō et alter chelīō: ephrathei ō bethleē iuda. Jngressiq̄ regiōz moabitidē morabāt ibi. Et mōtuus ē elimelech marit̄ noemi: rēmansitq̄ ipa cū filijs. d Qui acceperūt vxōes moabitidas: q̄z vna vocabat orpha: altera autē ruth. Habitārūtq̄ ibi decē ānis: et ābo mortui sūt maalō videlicz et chelīō: relicta est mulier ab vtroq̄ filio et marito suo. Et ideo aliter dicunt hebrei et melius: vt videtur q̄ iste iudex fuit abessan: de quo dictum fuit iudicum. xij. qui fuit añ bel. xlvij. annis. vt patuit ex dictis supra iudicū. xj. Dicunt etiam hebrei q̄ iste abessan et booz est idem homo binomius tamen: oportet tamen dicere sm istam viam q̄ peregrinatō elimelech incepit anteq̄z booz inciperet iudicare: q̄ iudicauit populuz septem annis tm: et noemi fuit in regione moab decem annis: vt dicitur infra eodez ca. et Booz accepit ruth p̄: verūtamē illa peregrinatio q̄ reditum noemi fuit terminata sub abessan qui est idē quod booz sm hebreos: ideo dicunt hoc fuisse tempore eius: quia res a fine denominatur et quia ista hist̄oria hic ponitur ad ostendendū quomodo dauid rex descendit de booz: vt patet in fine.

a In diebus vnius iudicis. quis aūt hic fuerit varie dicitur. dicit. n. magister in hist̄oriis et aliqui expositores alij q̄ iste iudex fuit beli qui cum hoc vsurpauit sibi sacerdotium quia non fuit de eleazar sed de ithamar licet aūt istud secūdū dictum sit verū q̄tum ad hoc q̄ beli non fuit de eleazar sed de ithamar non tamen videtur verum q̄ sibi vsurpauit sacerdotium: quia primo regum. ij. ca. dicitur Ipse beli in persona domini: Ambulans coram me sicut ambulauit seruus meus heli. Et ego edificabo ei domum fidelem: et vngam eum cunctis diebus. Et domus eius erit quasi domus patris tui: et ministrabit coram christo meo omnibus diebus. Et qui remanserit in domo tua veniet vt oret pro eo et offerat siclum argenti et dicat. Dimitte me vt comedam panem. Ex quo videtur q̄ illud sacerdotium habuit ex ordinatione diuina: vt dicetur ibidem plenius. Primum etiam dictum non videtur verum: videlicet q̄ peregrinatio elimelech quę hic describitur contigerit tempore beli quia a principio quo incepit iudicare israel vsq̄ ad principium regni dauid fluxerunt tm. lxxx. anni. put fuit declaratum supra Judicū. xj. ca. Jn isto igitur tempore oportuit secūdū istos dcm̄ q̄ peregrinatō elimelech fuerit et q̄ booz de ruth obed genuerit: et obed iesse: et iesse dauid: et vita ipsius dauid vsq̄ ad principiū regni sui quod non videtur verum: primo quia de isto tempore fluxerunt. xj. anni. ad minus ante natiuitatē obed. videlicet. x. anni quibus noemi mansit in regione moab vt habetur in hoc ca. et vnus annus ante natiuitatem obed quia dato q̄ booz statim acceperit ruth post aduentum eius in bethleem cum noemi: tamē anteq̄z natus fuisset de ea obed transiuisset annus vndecimus totus: vel saltem fere. Item dauid vixit. xxx. annis anteqūz cepit regnare: vt habetur secundo regū. v. Jte iesse pater dauid iam erat senex quādo genuit dauid: vt videtur quia habuit sex filios ante eum: vt habetur primo regum. xvj. et primo paralip̄. secundo: et sic habuit xxxix. annos ad minus: vt videtur quādo genuit dauid hoc etiam patet ex hoc quod dicitur primo regu. xvij. q̄ erat senex et grandeuus et iam emerite militie quando dauid adhuc adolescens missus fuit ab ipso ad visitandum fratres suos. Si autem isti anni simul coniungantur faciunt annos. lxxx. et sic non remanet aliquod tēpus vite ipsius obed quousq̄z posset generasse ipsum iesse: posito etiam cuz hoc q̄ elimelech a primo anno beli cepisset peregrinari propter quod non videtur verum q̄ historia ruth fuerit tempore beli: sed anteq̄z elimelech inciperet iudicare: et ideo aliter dicunt hebrei et melius: vt videtur q̄ iste iudex fuit abessan: de quo dictum fuit iudicum. xij. qui fuit añ bel. xlvij. annis. vt patuit ex dictis supra iudicū. xj. Dicunt etiam hebrei q̄ iste abessan et booz est idem homo binomius tamen: oportet tamen dicere sm istam viam q̄ peregrinatō elimelech incepit anteq̄z booz inciperet iudicare: q̄ iudicauit populuz septem annis tm: et noemi fuit in regione moab decem annis: vt dicitur infra eodez ca. et Booz accepit ruth p̄: verūtamē illa peregrinatio q̄ reditum noemi fuit terminata sub abessan qui est idē quod booz sm hebreos: ideo dicunt hoc fuisse tempore eius: quia res a fine denominatur et quia ista hist̄oria hic ponitur ad ostendendū quomodo dauid rex descendit de booz: vt patet in fine.

b Facta est. c. propter populi peccata.

c Abijtq̄ homo de bethleem. c. causa huius peregrinationis varia assignatur. dicit. n. hieronymus super quartum capitulum paralip̄. q̄ tunc temporis sol stetit p aliquod spacium immobilis ad terrendum homines: vt sic retraherentur ab enormibus peccatis quibus erāt inuoluti: quod non fecerūt propter qō tanta fames facta est in terra illa q̄ elimelech qui erat de nobilioribus et potentioribus ciuitatis bethleem fuit coactus ire ad terraz extraneam ad querendum victum suum. Hebrei autez dicunt q̄ propter famen in illa terra accidentē multi pauperes recurrerūt ad elimelech quia erat diues et potens: et propter auariciam suam durum erat ei dare: propter quod ad euitandum importunitates eorum exiuit de terra israel cum bonis mobilibus que habebat: et q̄z ex mala causa exiuit ibidem mortuus fuit cū filijs suis et depauperatus. Cetera patent in litera.

d Qui acceperunt. Hic consequenter describitur ipsius ruth desponsatio. dicunt autem hebrei et etiam aliqui catholici: q̄ ista ruth fuit filia eglon regis moab: sed hoc videtur falsum quia a tempore aioth qui interfecit eglon: vt habetur Judicū. iij. fluxerunt anni ducenti. xxxij. vsq̄z ad abessan: vt ded a ratum fuit Judicum. xj. Et multo plures anni fuerunt vsq̄z ad beli: et ideo si abessan fuit idem q̄ booz: vt dicūt hebrei: impossibile est q̄ ruth fuerit filia eglon quem interfecit aioth: quia adhuc erat satis iuuenis et apta ad prolem quando fuit coniuncta ipsi booz. Item si booz fuit alter ab ipso abessan ita q̄ historia ruth accidit tempore beli. vt dicunt aliqui: multo magis impossibile est q̄ ipsa ruth fuit filia predicti eglon: quia multo plures anni fuerunt vsq̄z ad beli q̄z vsq̄z ad abessan: vt declaratum fuit Judic. xj. et ideo si aliquis velit dicere q̄ ruth fuit filia eglon regis moab: oportet p̄sequēter dicere q̄ iste eglō fuerit alius ab illo quez interfecit aioth et longe posterior ipso: et tamen adhuc hoc non videtur conueniēter dictum sm dicta hebreorum et catholicorum: quia sm hieronymum elimelech fuit pauper ad regionem moab: et sm hebreos: licet iuerit diues: tamen fuit ibi depauperatus: vt dictum est supra: et hoc videtur ex eo quod dicit infra eodem capitulo. q̄ noemi redijt de terra moab vacua. s. sine viro filijs et diuitijs. nō est aūt verisile q̄ rex moab dedisset filiam suam vxorem viro pauperi et extraneo et si post dationem depauperatus fuisset vir eius: non est verisimile q̄ permisisset eā recedere de terra sua ita pauperem: q̄ indigeret colligere spicas in agro sicut dicitur

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-254/0607
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG